Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

forme illi. Generositatem illi glificat. contubernium habens dei. Et
omnium dns diligit illam. Doctrix enim est disciplinae dei. et electrix operum illius.
Et si divitias appetunt inimica. quid sapientia locupletius quae omnia operatur.
Si autem sensus operatur. quis horum quae sunt magis quam illa est artifex. Et si iustitiam
quis diligit. labores huius magnas habent virtutes. Sobrietatem enim et sapi
entiam docet et iustitiam et virtutem. quibus utilius nihil est in vita hominis. et sim
litudinem scientiae desiderat. quae seu praeterita et de futuris estimat. seu
uersutias sermonum et dispositiones argumentorum. signa et monstra seu
ante quam fiant. et eventus temporum et saeculorum. Proposui eam hanc adiungere
mihi adoluendum. sciens quoniam communicabit mecum de bonis. et erit allocu
tio cogitationis et sensus tedium mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas.
et honorem apud seniores. Iuuenis et acutus inueniar in iudicio. et in conspec
tu potentum amabilis ero. et facies principum mirabuntur me. Tacentem me
sustinebunt et loquentem me respicient. et si multum locutus fuero plura ma
nus oris sui imponent. Praeterea habebo phanc immortalitatem. et memoriam
aeternam his qui post me futuri sunt relinquam. Disponam populos. et nationes mihi erunt
subiectae. Timebunt me audientes reges horrendi in multitudine ui
debor bonus. et in bello fortis. Intrans in domum meam. conquiescam cum illa.
Non enim habet amaritudinem conuersatio illius. nec tedium conuictus ipsius. sed laeti
tiam et gaudium. Haec cogitans apud me et commemorans in corde meo. quoniam
immortalis est in cognitione sapientiae. et in amicitia illius delectatio bona. et in opibus
manuum illius honesta sine defectione. et in certamine loquelae illius sapientia.
et praeclaritas in communicatione sermonum illius. Circuibam quaerens. ut illam
mihi assumerem. Puer autem eram ingeniosus. et sortitus sum animam bonam. Et cum es
sem magis bonus. uenit ad corpus inquinatum. Et ut scirem quoniam aliter non possum
esse continens nisi dns det. et hoc ipsum erat sapientiae scire cui esset hoc donum. adi
dnm et deprecatus sum illum. et dixi ex toto corde meis. Deus
patrum nostrorum et dne misericordiae qui fecisti omnia uerbo tuo. et sapientia tua constitu